



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1644. usque ad annum 1651

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119177**

§. 60. Hallieri vindiciæ contra imputatam Commentarii approbationem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67359](#)

Sæc. XVII. sui, qui a suo munere liberari petiit, ob-  
A.C. 1649. tinuitque, vestigia premeret, adjunctis  
 sibi septem aliis Doctoribus, adversus  
 illius electionem apud Regis Senatum  
 reclamabat, caussatus, quod Hallierus  
 Patris Cornelii a Lapide commenta-  
 rium, in quo hic Auctor Ecclesiæ po-  
 testatem in temporalia Regum stabilie-  
 rat, approbasset: Hæc accusatio tanti  
 momenti credebatur, ut mox Senatus  
 decreto Hallierus prohiberetur, ne  
 Syndici Officio fungeretur, donec  
 de præfato commentario judicium  
 fuisset pronuntiatum: cum ergo Facul-  
 tatis Theologicæ Doctores ex hujus  
 caussæ primordiis adeo turbidis nil nisi  
 fastidiosam tumultuum seriem prospice-  
 rent, hac super re interim superseden-  
 dum ac de tutiori remedio deliberan-  
 dum esse, decreverunt, id suadentibus  
 Chastelleinio Doctore & præcipue Mo-  
 leo primo Curiæ Præside, qui hoc ne-  
 gotium ad amicam transactionem re-  
 mitti voluit.

## §. LX.

*Hallieri vindicæ contra imputatam  
 Commentarii approbationem.*

Argentre  
 Coll. Jud.  
 t. 3. p. 58.

Quoniam vero Sant-Amoreus, ut  
 Hallierum a Syndici officio arce-  
 ret, inter alia præcipue urgebat, quod  
 ipse

ipse in præfato commentario invisam Sæc. XVII.  
& anno 1626. a Facultate Theologica A.C. 1649.  
damnatam P. Santarelli doctrinam suo  
caculo approbasset, Hallierus palam  
querebatur, quod non sine nominis sui  
inuria ob librum jam a viginti quin-  
que annis publico prælo vulgatum in  
judicium vocaretur, cum tamen nec  
unquam hanc lucubrationem aut legif-  
set, aut ratam habuisset, minus vero  
a quopiam de sua approbatione huic  
libro præfixa admonitus fuisset: Hoc  
Halieri responsum acriter pupugit Sant-  
amoreum, qui sua caussa cadere veri-  
tus, Parlamenti Ministrum a nemine  
vocatum id Facultatis comitia die  
quarta Mensis Novembris introduxit;  
cum autem adversus hujus temerita-  
tem Facultas obstreperet, Minister De-  
cani nomine, ut comitia accederet,  
ab aliis Doctoribus fuisse sibi injunctum  
respondit: id vero cum Decanus &  
Facultas, falsum esse cognoscerent,  
Ministrum abire jusserant, donec vo-  
caretur: tum vero Philippus Buvotus  
supremus Facultatis Apparitor decla-  
rabat, sibi injunctum esse, ut Regii  
Senatus decretum ante omnia prælegi,  
& Baccalaureis omnibus significari cu-  
raret, quod non Hallierum, sed Cor-  
netum pro Syndico haberent: quo  
audito Hallierus denuo profitebatur,

P p 4                    quod

Sæc. XVII. quod Cornelii librum nunquam legerit,  
 A. C. 1649 nec approbarit, sed ejusdem sententiae  
cum Facultate semper fuerit, & etiam-  
 num sit, proin totum hoc negotium  
 Facultatis prudentiae & judicio com-  
 mittat: insuper supremæ Parlamenti  
 Curiæ libellum supplicem porrexit, eo  
 fine, ut omnibus Typographis, & Bi-  
 bliopolis prohiberetur, ne præfatum  
 Cornelii commentarium unacum sup-  
 posititia approbatione vendant, aut  
 imprimant. Probata Hallieri excusa-  
 tione Facultas eundem monuit, ut  
 sanctiones Ecclesiasticas, & antiqua  
 Facultatis decreta tam contra novas  
 has propositiones, quam circa contro-  
 versias de gratia & auxiliis jam dudum  
 emanata executioni mandari curaret,  
 quin harum propositionum examen  
 vel judicium urgeret.

## §. LXI.

*Censura Facultatis Theologicæ To-  
 losanæ contra Petri de Vincen-  
 tia librum.*

*Argentre*  
*t. 3. p. 249.*

**S**ub idem tempus Raimundus Tailla-  
 sonus Tolosanæ Academiæ Rector  
 retulerat, quod paucis abhinc diebus  
 per urbem divulgatus esset quidam li-  
 ber